

1460 Dezember 20, Innichen.

Nr. 6403

Sebastian Sulzpeck, Richter zu Anras, an Candiano Bollano, Podestà von Belluno. Er protestiert gegen die Beschlagnahme eines Fuhrgespanns mit einer Weinlieferung. Durch eine ihm vorgelegte Urkunde des NvK sei er dem Brixner Domkapitel zum Gehorsam verpflichtet. Er habe auch keine anderslautenden Mandate des NvK erhalten.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB*, Cod. Cus. 221 p. 402f.

Em.: Jäger, *Streit II* 152.

Spectabilis domine potestas, domine precipue. Recepi litteras vestras, quibus michi notificatis, qualiter ad instanciam venerabilis viri magistri Symonis, reddituarii ecclesie Brixinensis, curram, equos et buttam vini sub aresto teneri fecistis propter non solucionem notabilis summe pecuniarum etc., de quibus valde miror, cum non sit hactenus consuetum fieri talia, et ego sum paratus stare iuri in iudicio competentis. Ymo si hoc ab ipso ad instanciam magistri Symonis fierent, tunc ipse minus iuste me in hoc molestaret, cum ipse sciat, quod ego iuxta mandatum rev^{mi} domini mei domini N. cardinalis, episcopi Brixinensis, domini mei graciosi, suo sigillo litteratorie michi exhibitum¹⁾ astringor omnes redditus ad manus venerabilis capituli Brixinensis presentare. Cui et hinc cogor obedire, cum non viderim contrarium mandatum a prelibato domino meo rev^{mo}. Ymo audio, quod prelibatus magister Symon illud idem in presencia prefati capituli et aliorum se observaturus promisit.²⁾ Dignetur igitur magnificencia vestra prelibata bona mea libere relaxare, quoniam talia inconsueta sunt sub illustri dominio Veneciarum fieri, et credo talia sue serenitati displicere. Quod si super oblacione mea iuris bona mea non relaxarentur, cogerer oppressiones huiusmodi ulterius deducere. Datum Intice, die xx mensis decembris anno etc. lx^{mo}.

Sebastianus Sulzpeck, 15
reddituarius in Anras

(Adresse über dem Text:) Spectabili viro domino Candiano Bollano, potestati Belluni, domino suo honorando etc.

¹⁾ S.a. Nr. 6194 (1460 April 25).

²⁾ Vgl. oben Nr. 6374 Z. 10.